



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Examen per reliquum diem instituendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

hentationem facilius obtineat (si enim regnum Dei quæ-
ntibus Christus omnia ad victum & vestitum necessaria
liberaliter subministratum iri promisit, quanto magis Sacer-
dotibus tam studiosè procurantibus, ut Deus non tantum in
ipso, sed etiam in alijs regnet, nihil deesse patietur) & in al-
ta vita beatitudinem æternam certius, citius & copiosius
consequatur; cum hoc ipso, quod alios tam sollicitè ab æ-
ternis inferni, & temporalibus Purgatorij pœnis liberare,
& ad æternam felicitatem citò perducere studuerit, Deus
mensurâ pari remensurus tantam charitatem, atque adeò
beatitudinem certius, & copiosius sit largitus; maximè
cum ipse animæ per Sacerdotem salvatae, aut liberatae Deum
pro ipso assidue rogatura sint, ut gloriæ, quam ipsis Sacerdos-
tibus, ipsum quoque participem facere dignetur.

Considera II. Quād & hic fructus optandus sit, dignus-
que, ob quem Sacerdotij status cum maxima alacritate susci-
piatur; cum enim in talis beatitudinis fruitione finis homi-
nis ultimus consistat, Sacerdotium autem, ut ostensum est,
optimâ occasionem offerat, talem beatitudinē certius, citius
& copiosius obtinendi, facile appetet, pro maximo favore &
benificio habendum esse, si Deus te per hauc certiorem, se-
curem, & brevioriem viam ad memoratam beatitudinem
perducere velit.

Considera III. Quomodo tantum beneficium excipere; &
quātatione te ad illud disponere velis, Colloquium ad Chri-
stum.

EXAMEN

Per reliquum hunc Diem instituendum.

Hoc Examen rectè de virtutibus ad Sacerdotem præ-
cipue requisitis instituetur, ad quem finem quatuor po-
tissimum bene nosse & apprehendere debes, nimirum I. Quid
in genere requiratur ad veram, solidamque virutem. II.
Quæ virtutes in specie ad Sacerdotem requirantur. III.
Quantopere ejusmodi virtutes necessariæ sint. IV. Quibus
medis easdem acquirere possis & debeas; quæ omnia tem-
pore illo, quod inter duas meditationes intermedium habes,
suaviter considerare oportebit.

Instruct. VIII.

Hh

Primum

Primum igitur quod attinet, virtus vera & solida nihil aliud est, quam habitus supernaturalis, quo ad actiones rationis conformes, Deo que beneplacentes eliciendas inclinans. Ex qua descriptione facilè colliges, tres ad solidam, vel que virtutem proprietates seu conditiones requiri. I. Uniram honestatem seu conformitatem cum ratione conibet, eaque re ipsa per voluntatem appetatur; alioqui enim hoc ipso, quod liberè non eliciatur actio, virtuosa formaliter non erit. II. Ut cum discretione exerceatur, id est, ut neque per excessum, neque per defectum aliquid rationi contrarium in virtute tali elicienda committatur, sed medium rationis, velut cynosura, fixum semper teneatur: nam, si rectè S. Bernardus serm. 19. in Cant. ait, Deus vult scimus non tantum dulciter, sed etiā sapienter; hinc S. 49. in Catechismo de discretione loquens, tolle hanc, inquit, & virtus non virtus sed vitium erit. III. Ut constanter etiam inter adversas eliciatur; hoc enim discrimen est inter veram & factam virtutem, quod inter faciem naturali pulchritudine praetram, & fucatam seu adscriptitijs coloribus exornatam; utnam hæc, si calidam aquam superfundas, mox evanescat, fraudemque detegit, illa vero augebitur potius, quam minuetur per similem infusionem; ita simil modo se respondeat cum vera & fucata virtute, unde iheritò Petrus Gerlatus dixit, tunc possideri solidam virtutem, si stantem te quasi quadratum lapidem omnis casus & eventus inveniat.

Secundum caput, quod sciendum est, requirens, utrumquæ virtutes in specie ad Sacerdotem requirantur, per ipsam enarrationem præcipuarum virtutum resolvendum est.

Prima igitur virtus Sacerdoti perquam necessaria Fides est, quæ, ut S. Chrysostomus S. de fide, spe &c. loquitur, origo justitiae & sanctitatis caput, devotionis principium, religionis fundamentum, sine qua nullus unquam Deum promerust, nullus fastigium perfectionis ascendit; sine qua, sicut Apostolo, impossibile est placere Deo, Haec requirit, ut non modò ipsa Sacerdos firmissimè omnibus Fidei articulis assentiatur, sed ad idem faciendum alios etiam instruat, & hortetur; è contrario vero Hæreticis eam oppugnabit, & fortiter se opponat.

Altera virtus Theologica, videlicet Spes, quæ iuxta S. Chrys.

Chrysostomum loc. antè cit. est futura pollicitationis religiose assensus, promissa gloriae devota intentio, Sanctorum estimata sublimitas, bonorum expectatio futurorum, duo principù requirit officia à Sacerdote, scilicet I. Ut, quemadmodum S. Paulus 2. Cor. 1. Non sit fidens in semetipso, sed in Deo; neque enim sufficientes sumus cogitare aliquid trinobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, unde in omnibus suis functionibus cum magna fiducia ad ipsum recurrere, firmi siue neque sibi persuadere debet, quod, sicut ipsum ad saeculorum vocare dignatus est, ita gratiam quoque vocacionis necessariam abunde sit largitus. Unde suo modo Sacerdos cum S. Bernardo S. 3. de octo pan. dicere debet. *Tria considero, in quibus tota spes mea consistit, charitatem adopus (& vocationis) veritatem promissionis, potestatem redditionis.* II. Ut pariter certò sibi persuadeat, præmium meritis proportionatū certò responsuri, hoc enim illa Christi Matt. 25. verba indicant: *Euge serv'e bone & fidelis, quia super paucā fuisti fidelis, supra multatē constituam; intra in gaudium Domini tui.* Unde meritò hortatur Apostolus ad Hebr. c. 10. *Nolite amittere confidentiam, quam magnam habet remunerationem.*

Terteria virtus Theologica Charitas est, quæ juxta S. Prosperum l. 3. de vit. contempl. c. 13. dicitur, *Recta voluntas ab omnibus terrenis & praesentibus prorsus aversa, juncta Dei inseparabiliter, & unita, ac igne quodam Sancti Spiritus, a quo est, & ad quem refertur, incensa; vel, ut S. Basilis in Reg. brev. q. 211. definit, est assidua, & ultravires, animi ad exequandam Dei voluntatem contentio, cum profecto ac desiderio gloria ipsius.* Unde tria requirit hæc virtus à Sacerdote. Primum est, ut nihil aliud in suis actionibus querat, quam gloriam & beneplacitum Dei; nam, ut rectè S. Augustinus l. de morib. Eccles. c. 8. dixit, *eo est omnino tenendum, ad id omnia nostra consilia referenda; bonorum summa nobis Deus est, Deus est nobis summum bonum; neq; infaremanendum est nobis neque ultra querendum; alterum enim pericolosum, alterum nullum.* Secundum est, ut omne, quod Deo displiceret, studiosè devitet; nec ab alicujus rei creatæ amore aut odio ad tale quid agendum perduci sinit; ut cum veritate illud S. Pauli ad Rom. 8. usurpare possit:

Quis nos separabit à Charitate Christi? Terium est, ut quod Deo magis placet, solerter indaget, & fortiter exquatur, gaudeatque; si quām plurima dura & adversa pro amore ipsius sustinere possit; nam, ut S. Chrysostomus hom. in epist. ad Philem. recte dixit, ea est amantium lex, i*sum deum felices patent, cūm adversa pro hu, qui gunt, sustinent;* unde licet iij, qui vera charitate Deum diligunt, suavitatem divini amoris non negligant, illius sunt suavitati æruminarum tolerantium anteponunt.

Quarta virtus dilectio Proximi est in eo consistens, proximum sicut se ipsum propter Deum diligit Sacerdos, que adeò omnia mala, quæ ipse nollet pati, à Proximo quoque efficaciter avertere conetur; bona verò, quæ sibi appetaret, liberaliter illi communicare, vel procuret fiducia. Vnde sequentes actus ad hanc charitatem requiruntur. Primus est, ut propter Deum diligit proximum; si enim quisquamlibet amat, sed propter Deum non amat, charitatem non habet, sed habere se putat, teste S. Gregorio hom. 1. in Evang. Secundus est, ut omni conatu ipsum ad extremam beatitudinem perducere conetur, nam, ut sapienter auctor S. Augustinus l. c. non diligis eum tanquam te ipsum, finis ad id bonum, ad quod ipse tendis, adducere satagit. Tertius est, ut juxta S. Tobiae Senioris consilium, quo modo tuerit, tam erga Defunctos, quām erga viventes sit misericors; & si multūm sibi fuerit, abundantanter tribuat; si cōgum sibi fuerit, etiam exiguum libenter impetrari studeat memor, quod Deus compenset voluntatem, ubi non inventat facultatem. Ut autem hæc tria tantò alacrius exquisientur, sequentes duas sententias bene ponderare debet, quarum primum pronunciavit Petrus Blesensis sic Sacerdotem aliquem: *Sine charitate nihil es, sine charitate Sacerdotus non potes, esse non potes.* In hoc enim juxta Christi effatum cognoscit omnes, quod Discipuli Christi sint Sacerdotes, dilectionem habuerint ad invicem. Secunda S. Bernazellus in declam. super ecce nos. sic loquentis: *Patrimonia parvorum sunt facultates Ecclesiarum, & sacrilega ei eruditate surrispitur, quidquid sibi ministri & dispensat, non utique Domini & Possessores ultra uitam accipiunt aut vestitum.*

Quinta virtus castitas est, quam quidem Angelicam oportet in Sacerdote, qui Angelus Dei vocatur, & Angelorum in dirigendo homine participat officium; unde sicut de Angeli, ne suspicio quidem ullius peccati contra hanc virtutem absit habetur, ita nec de Sacerdote haberi debet. Ut autem hanc virtutem obtineat, sequentia tria media sedulò observare debet. Et primò quidem, cùm nemo, teste Salomonem sap. 8. possit esse continens, nisi Deus det, ac, ut monet Caglianus l. 6. Instit. impossibile sit hominem suis, ut ita dicam, pennis ad præcessa hujus virtutis præmium evolare, nisi cum gratia divina de terra cæno evexerit, audeat Dominum, & ex totis præcordis pro hac virtute deprecetur. Secundò ut, quemadmodum S. Cyprianus S. de jejuno, & tentatione, primis diaboli titillationibus obviet, nec colubrum frusat, donec in serpentem formetur; maximè cùm ejusmodi occultæ cogitationes nonnunquam animum gravius facient, & periculosiores sint ijs, quæ in manifesto admittuntur, ut Concilium Tridentinum sess. 14. c. 5. advertit. Tertiò ut, quoniam S. Carolus Borromæus in epist. quâdam sapienter monuit, hanc virtutem nunquam acquirere quem posse, nisi se carnis maceratione afflictaverit, sensus omnes compresserit, otium ut pestem fugerit, & omnem animi aeternitatem suæ vim in hujus virtutis pulchritudinem intenderit, hac omnia sedulò observet, sicutque cum S. Paulo 1. Tim. 5. dicit queat: *Castigo corpus meum, & in servitutem redi-
go, ne forte cum alijs predicavero, ipse reprobis efficiar.*

Sexta virtus Modestia seu morum gravitas est; cùm enim ipsi perinde ac Apostolis dictum sit: *Vos estis lux mundi;* merito honestæ vita exemplo alijs prælucere debet, &, ut Concilium Trid. sess. 22. c. 1. de reform. loquitur, sic vitam, moreisque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, alisque omnibus rebus nihil nisi grave, moderatum, ac Religione plenum præferant, ob oculos semper habens Apostolicum istud monitum: *Gaudete in Domino semper, item dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus;* cùm verè Sacerdos Christum præcipue sequi, & imitari debeat; ubi autem Christus est, ibi modestia quoque sit, test S. Gregorio Nazianz. ep. 193.

Septima virtus Mansuetudo est, cuius officium est, iracun-
H h 3 dia

dia & asperitatis inordinatos motus reprimere, & ut clariss.
S. Cyprianus S. de cœn. Dom. explicat, incredulos suade-
do ad finem flectere, obsequio ingratis favore, contradicen-
tibus leniter respondere, superbos clementer sustinere, bu-
militer per sequentibus cedere; ac proinde tanto majoris fa-
dio exercenda est, quando aptior est ad animos hominum
lucrandos, sic certè Moyses, teste S. Ambrosio l. 2. offic. 13.
totius plebis sibi mentes devinxerat, ut plus euni pro mis-
suetudine diligenter, quam pro factis admirarentur. Hoc
& ipse Christus Matt. 11. Apostolis hanc virtutem præce-
commendavit dicens: *Discite a me, quia mitis sum, & tu-
miliis corde, & invenietis requiem animabus vestris, non
propre duntaxat, sed etiam aliorum curæ vestræ commis-
sum; ut meritò S. Franciscus Salesius p. 3. Philoth. c. 8. mis-
suetudinem hanc florem charitatis dixerit, & tunc demum
perfectam esse Charitatem asseruerit, cum non tantum pa-
tiens, sed etiam mitis & benigna est; unde quod S. Paulus
ad Gal. 6. de correptione dixit: Fratres, et si præoccipi-
fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales esu, in
jusmodi instruite in spiritu lenitatis; de omnibus alijs &
etionibus cum Proximo suscipiendis observare debet.*

*Ostava virtus Patientia tantò magis necessaria est Sacerdoti, quantò magis furorem Daemonum & malorum ho-
minum in se concirabit, si vocationi sua satisfacete volu-
rit; nam, ut Apostolus 2. ad Thimoth. c. 3. monet, amari
qui piè volunt vivere in Christo, persecutionem patienti-
am. Unde & ipse Christus Apostolos Joan. 15. monuit: Non es
servus maior Domino tuo; si me persecuti sunt, & vos pa-
sequentur; additque fructum Luc. 21. dicens: In patientia
vestra possidebitis animas vestras; quantóque perfectior est
patientia, tantò perfectior quoque possedit animatum cor.
Quare meritò scipios Sacerdotes illis Apostoli 2. Cor. 6. ver-
bis horrari ad hanc virtutem debent, & dicere: In omniis
exhibeamus nos met ipsos sicut Dei ministros, in multa pa-
tentia, in tribulationsbus, in necessitatibus, in angustiis, in
plagis &c.*

Nona virtus Humilitas est, quam Sacerdos sibi verissima
sui cognitione vilescit, & cum Christo contemni, homi-
numque fieri opprobrium gestit; atque adeò tanto magis
iterum

ut clavis
fudens
radicere, ha-
majoris ho-
iominius
offic. 1.7.
pro mun-
t. Hinc
principi-
m. Chri-
tus, ou-
ommis-
c. 8. mu-
c demu-
num p-
S. Paulus
cepimus
fieri, he-
s alijs
et.
ia eis lo-
num ho-
te valo-
, aman-
atienis.
Non es-
vis per-
petuatis
et occid-
tum con-
07. 6. m-
omnibus
ita pati-
fieri, 18
verissima-
, homi-
c. magis
iterum

int necessaria est Sacerdoti, quanto majus ædificiū ædificare
liberat; cùm, ut recte S. Augustinus S. 10. de verb. Dom.
līi, qui cogitat magnam fabricam exstruere celsitudinis,
ut fundamento prius cogitare debeat humilitatis. Unde
hinc quoque præcipue cum mansuetudine à se descendam
Christus monuit: *Discite, quia misericordia sum, & humilis corde.*
Matt. 11.

Decima virtus *Paupertas* Spiritus est, quā videlicet mun-
do hoc utatur, tanquam uon utatur; & habens victum & a-
mictum, & habitationem congruam his contentus sit, nec
divitias in animo, nec animum in divitijs habens, ut S. Fran-
cis Sales, p. 3. Philoth. c. 4. loquitur; cùm enim Sacerdos
in somorem Domini assumptus sit, atque adeò cum S. Davide
p. 15. dicere debeat: *Dominus pars hereditatis mee; me-
nitio opibus terrenis inhitate non debet,* (quid enim ultra
querat, cui omnia suus Conditor sit, ait recte S. Hieronymus
l. 2. de vit. act. c. 16.) sed illas divitias ambire, quæ nos or-
nare pariter possunt, & munire; quas nec acquirere invitii,
nec perdere valeamus; quæ contra hostiles impetus armant,
à mundo disternant, Deo commendant, animas nostras
ditant, atque nobilitant, nobiscum sunt, intra nos sunt, &
nobiscum auferre possumus. Quare monitum saluberrimum
S. Bernardi in epist. 103. ob oculos semper habeat sic lo-
quentis: *Quare, o homo Dei, hac fuge, si sapiis; si habes cor,
desine ea sequi, quæ & usque miserum est, beatus utique,
qui post illa non abiit, quæ posse sua onerant, amata inquinant,
amissa cruciant.*

Undecima virtus *Obedientia* tanto magis Sacerdoti ne-
cessaria est, quanto præstantius corpus est Ecclesiastica Hi-
erarchia, atque adeò ad illius regimen necessarium est, ut in-
feriora membra capiti subjecta sint. Hinc meritò Apostolus
ad Hebt. 13. dicit: *Obedite Prepositis vestris, & subiacete
eis, si sicutim (velut caput) pervigilant quasi rationem pro
animabus vestris redditurs, ut cum gaudio hoc faciant, &
non gementes; gemitus siquidem iste, quāvis ultione du-
rior est,* inquit S. Chrysostomus in cit. locum.

Duo decima virtus *Devotio* est, quæ nihil aliud est, quam
prompta voluntas ad omnia obsequia divinæ Majestati ex-
hibenda; tantoque magis Sacerdoti necessaria est, quanto

H h 4

magis

magis ipsi convenient, ut sedulum se in divinis maneribus ministrum exhibeat, ut qui ex hominibus assumpti pro hominibus constitutur in ihs, quae ad Deum sunt, ut apostolus ad Hebr. c. 5. loquitur. Unde merito Sacerdos operam dare debet, ut in omnibus functionibus ad Deum pertinentibus, & specialiter in SS. Missa: Sacrificio, & horis canonicas peragendis, juxta monitum S. Bernardi S. i. in loco jungat sensum verbis, affectum sensui, exultationem suam, gravitatem exultationi.

Tertium caput de virtutibus sciendum, est dignatio illarum, quæ quidem non melius concipi poterit, nisi certissimò tibi persuadeas virtutem esse potissimum instrumentum Sacerdotis, ex quo efficaciam omnem, sua beneplacitum Dei, gloriāmque promovendam; & absolute proximi copiosè & securè procurandam; sive absolute propriam certius assecurandam, & abundantius continentiam promanare oportet; ut merito S. Paulus ad Timotheum 1. cap. 4. scribens dixerit; *Exerce te ipsum ad pietatem seu virtutem; nam exercitatio corporalis ad modicum utiliss est, pietas autem ad omnia utiliss est, promissionem habens vita, quo nunc est, & futura atque adeò jure de hac virtute.* Sacerdos sibi factam Siracidis Eccl. 6. adhortationem citat. *Quasi is, qui arat, & qui seminat, accede ad illam, & perfice (id est, exspecta) bonos fructus illius; in opere enim ipsius tuum laborabis, & cito edes de generationibus illius; in illius dicere cum eo possis: Vt dete oculis vestris, quia modicunusaboravi, & inveni mibi magnam requiem.* Eccl. c. 51.

Quartum denique caput, scilicet media ad virtutem acquirendam præcipue conducentia quod attinet, multa quidem ab Ascetis, præscribuntur, sed quæ ad tria maxime reduci queant, videlicet I. Ad ardens desiderium; nam in virtute idem quod de sapientia, dici potest, quod scilicet *se esse videatur ab his, qui diligunt eam;* & inveniatur ab his, qui quarunt illum; praoccupet, qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat. II. Ad divinum adjutorium; quod proinde assiduo cum magna fiducia implorandum est. III. Ad constantans exercitium, unde Apostolus Timotheum dixit: *Exerce te ad pietatem, id est, naturam illius bene cognoscere stude, occasiones illius exercenda sollicitate indu-*

, & eadem avidè arripi, hæc enim tria ad perfectum ex-
tinuum requiruntur.

DIES TERTIA.

Copus hujus diei est, ut, cùm pleraque ad statum Sacerdotalem pertinentia jam consideraveris, vel certè in prælia hujus diei meditatione adhuc consideraturus sis, dispias tandem, an sumptus habeas sufficienes ad perficiendum, que ad eam electionem status tandem concludas, & prout ultima meditatio docebit, fortiter exequaris, quæ decretivisti.

Tessera.

Domine, ostende, quem elegeris (statum videlicet) Act.
cap. 1.

MEDITATIO I.

DE INCOMMODIS ET PERICULIS
STATVS SACERDOTALIS.

Preludium I. Est, imaginari Sacerdotem in bivio, arcta scilicet, & latæ viæ constitutum, & ad illam quidem à Christo, ad hanc verò à Dæmone invitatum.

Preludium II. Est, petere gratiam, ut non tantum incommoda & pericula statu sacerdotalis bene cognoscere, sed etiam adjumenta, quæ ad illa seu lenienda, seu devitanda à Deo, & ipso statu offeruntur, rectè intelligere queas.

Punctum I.

Considera I. Quàm gravium laborum, molestiarum, & fastidiorum occasionem penè assiduam offerat Sacerdotalis status. Et I. quidem per ipsas functiones curæ animarum proprias, puta conciones habendas, confessiones excipendas, administrationem Sacramentorum diu, noctuque, in quaunque tempestate, per longa sæpe & fastidiosa itinera pedibus confiencia suscipiendam, & non raro cum periculo gravis morbi contrahendi, aut ipsius vitæ amittendæ conjunctam. II. Percuras œconomicas, quæ tantò vehementius distrahit, & lancinant animum, quantò pauciores sunt redditus ad sustentationem necessarij, quantóque pluribus

H h 5

peri-